



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

299. feria 6. de Pœnitentia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

528. *Feria 6. Domin. 18. post Pentecost.*
ratè sollicitum pro necessarijs sed sollicitudinem in Deum convertere. 7. Superflua non petere, & oblata non recipere, necessaria more pauperum ex eleemosyna (si status meus id patiatur) humiliter petere.

MEDITATIO CCXCIX.

Feria 6. Domin. 18. post Pentecost.

De Pœnitentiâ.

Aspiciam D. JESVM vultu, ore, voce, usu, præconem, pœnitentiæ: Quoniam impletum, inquit, est tempus, & appropinquavit regnum Dei, pœnitementi, & credite Evangelio. Marc. I. Ita Christus incepit prædicare, postquam Ioannes fuisset vinctus in carcere. Pœnitentiam obedire Evangelio.

Conf. 1. Pœnitentia est virtus, quâ peccata nostra, ut sunt Dei offensa detestamur, & ad eorum expiationem, & satisfactionem venire contendimus.

Conf. 2. Incitamenta. 1. si peccatum est mors, pœnitentia ad vitam revocat. 2. Peccatum est magna in Deum peccatoris procacitas, cuius remedium post baptismum aliud non est, nisi pœnitentia. 3. Christus nos ad pœnitentiâ accendit, qui ob peccata nostra, tam dura, & aspera plurima tulit, ut nos ea agnoscentes inconsolabiliter lugeamus.

Conf. 3. Actiones ejus. 1. peccatum grave detestatur.

Feria 6. Domin. 18. post Pentecost 529

detestari, ut mortem animæ, leve, ut morbū
ejus abominari. 2. De peccatis magnis, & par-
vis dolere, eò quòd summa majestas ijs of-
fensa sit. 3. Nostram negligentiam detestari,
quã multa bona amisimus, & gratiam Dei,
frequentésq; ejus inspirationes negleximus.
4. Propositum firmum, nunquam graviter
peccandi, concipere, adeò ut potius eliga-
mus omnia mala, etiam pœnas purgatorij
subire, quàm in aliquòd peccatum consen-
tire. 5. Peccata Sacerdoti confiteri, mortalia
ex præcepto divino, quoad species, numerū,
& circumstantias, venialia verò ex consilio,
quatenus cognitionem nostram non effu-
gunt, 6. Confessionem debito modo fa-
tere, integram, discretam, ut non solum
externa peccata, sed etiam omissiones, inter-
nas cogitationes, parva desideria, morosas
affectiones, distortas intentiones, judicia te-
meraria, mala exempla pandamus: fidelens,
ut ita hæc Sacerdoti pandamus, ut gravia
sunt in conspectu Dei. 7. Pro peccatis satis-
facere orationibus, jeunijs, eleemosynis,
mortificatione. 8. Pœnam pro peccatis as-
sumptam culpæ commensurare, ut secun-
dum ejus magnitudinẽ sit magnitudo pœ-
næ. 9. Eam exercere, quæ etiam sit peccato
medicina: superbiam plectat humilitas, in-
vidiam charitas, luxuriam austeritas, 10. Qui
Z illicita

530 *Sabbato Domin. 18. post Pentecost.*
illicita commissimus, à licitis interdum ab-
stineamus, & nos indignos remissionibus
innocentum putemus, atque, ut ait Terrul-
lianus lib. de Pœnit. *Pœniteat. amâsse, quæ*
DEVS non amat.

MEDITATIO CCC.

Sabbato Domin. 18. post Pentecost.
Quomodo B. Virgo in his virtu-
tibus excelluerit.

Vldebo D. Virginem Obedientiâ, Obser-
vantia, Pace, Patientiâ, Paupertate, Pœ-
nitentiâ velut herulis cœlestibus comitam
Reginam cœli. Pœtam ejusdem Virtutibus
magis imbui.

Conf. 1. Obedientiam B. Virginis, pro-
pter quam à S. Ambrosio de instit. Virgin.
cap. 22. dicitur *aula regalis, soli Deo subdita:*
quia una erat MARIAE & CHRISTI vo-
luntas, inquit Carnotensis de laud. B. Virg.
Observantiam, erga Josephum, omnesque
Majores. Pacem, de qua ait S. Germanus,
orat: de Præs. Virg Collectrix malè consonan-
tium, Conjunctrix jam olim disjunctorum. &
Bonaventura in laud. B. Virgin ait, quod sit
Columba pacifera. S. Ephrem quod sit *Con-*
siliatrix efficacissima totius orbis terrarum, por-
tus tranquillissimus, à fluctibus & procellis agi-
tationum liberatrix desideratissima. Guilhelm,
Paris.